

# **Cartulaire de Marmoutier pour le Vendômois. Appendix, Lavardin Nr. 19**

Notum fiat successoribus nostris quod presbyter quidam de castro Lavarzini, Herbertus nomine, compunctus divinitatis amore, dedit Sancto Martino Maioris Monasterii in augmentum scilicet rerum quibus fratres ibidem omnipotenti Deo famulantes sustentantur, unam manufirmam sub institutione census annuatim reddendi, consistentem apud villam quae Nojentum appellatur. Solvit itaque haec manufirma solidorum censum duorum, die festivitatis Sancti Georgii, VIII kal. mai. Si vero..... minister Sancti Martini tardus aut negligens inde fuerit, salva donatione, census legaliter emendetur. Ut autem huius manufirme concessio firmior habetur, testium qui affuerunt eam subter insertis nominibus affirmavimus. S. Herberti presbyteri qui hanc manufirmam Sancto Martino contulit.